



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CDLXV. Bischof Dietrich von Brandenburg verheißt denjenigen, die binnen Jahresfrist zum Wiederaufbau der den Einsturz drohenden Nicolai-Kirche zu Berlin beitragen, eine Ablass und fordert die ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

**CDLXV.** Bischof Dietrich von Brandenburg verheißt denjenigen, die binnen Jahresfrist zum Wiederaufbau der den Einsturz drohenden Nicolai-Kirche zu Berlin beitragen, einen Ablass und fordert die Geistlichen seiner Diöcese zu Beiträgen auf, am 7. April 1460.

Theodericus, Dei gratia Episcopus Brandenburgensis, universis et singulis Divinorum Rectoribus aliisque Christi fidelibus quibuscunque per civitatem et Diocesim nostram ubilibet constitutis. — Ex relatione — dilectorum nostrorum in Christo filiorum, Proconsulum, Consulique, nec non Provisorum Parochialis Ecclesie S. Nicolai opidi Berlin, nostre Brandenburgensis diocefeos accepimus, ipsam Ecclesiam in suis edificiis et structuris ruinofam et defectuosam fore sic, quod Parochiani predictae Ecclesie, aliique Christi fideles, in eadem ad Divina congregati Ecclesia, non fuerint tuti propter ejusdem Ecclesie casum, propter quod Proconsules et Consules, nec non Provifores prefati ipsam intendunt destruere, novamque reedificare Ecclesiam, pro ejus operis consummatione elemosyna Christi fidelium summe videtur necessaria, nec non juvamen et labores eorundem, cum ipsius Ecclesie proprie non suppetunt facultates. Quare universitatem vestram requirimus, et in Domino nostro Jesu Christo, cujus res agitur, hortamur, vobis nihilominus in peccatorum remissionem injungentes, ut cum nuncii dicte Ecclesie elemosyne causa ad vos venerint, juxta datam a Deo vobis gratiam, bonorumque vestrorum facultatem ipsis fraterne elemosynas non pigre exhibeatis, negotiumque eorum fideliter promoveatis, ut per hec et alia bona opera, que Domino inspirante feceritis, possitis ad gaudia eterna pervenire. Nos autem de Omnipotentis Dei misericordia, beatorumque Petri et Pauli Apostolorum ejus autoritate confisi suffragiis, omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui prefate Ecclesie porrexerint manus adjuatrices, aut cum equis et curribus, in apportando vel deportando ligna, vel lapides et cimentum, per integrum diem non festivum, festivis autem diebus prandio peracto, famulaverint, quadraginta dies, His vero, qui adminiculum per integrum diem prestaverint, propriis humeris et manibus laborando etiam quadraginta, Qui vero per spatium quatuor horarum laboraverint, decem dies indulgentiarum de injunctis sibi penitentis misericorditer in Domino relaxamus. Festivis et Dominicis diebus prandio peracto, cum hec res ad pium opus vertitur, credimus laborantes non peccare, nam longe melius est, sic Domino Deo famulari, quam in taberna ad equales hausus potare. Presentes post unum annum minime sunt valiture. Datum Berlin, in Aula nostra Episcopali, die Lune, septima mensis Aprilis. Anno Domini M. CCCCLX. nostro sub appenso Sigillo.

Müller's und Kister's H. und N. Berlin I, 225.

**CDLXVI.** Der Bischof Dietrich versetzt beim Domcapitel seine Procurationsgebühren aus dem Stuhle zu Brandenburg, am 11. Nov. 1461.

Wy Diderick, vann Gots Gnaden Bischof to Brandeborg, bekennen etc., dat wy etc. vorkofft heben und vorkopen in Crafft disses Brieves to eynen rechten Wedderkope den Erhaftigen und Erfamen, unfern lieven Getruven und Andechtigen Heren Anthonio Ghoden Priorn unde gantzen Capitel unter Kerken to Brandeborch dry Schogk Groschen in unse Procuracion, uns alle Jar uth deme Stüle to Brandeb. am redeften vallengen, also dat sy dy alle Jar upp Sunthe Mertens Dage getruwoliken nemen, heven unde boren scholen anhe jennigerleye Infal. Vor dy genante dry